

Band VII., Nr. 2233, Seite 156

Amman Werner von Überlingen beurkundet, dass Heilwig Rämin, Bürgerin von Überlingen, der Äbtissin Adelheid und dem Konvent von Baidt 2 Weinberge und die Hälfte eines Hauses um ihres und ihrer Eltern Seelenheils willen geschenkt, jedoch gegen einen Jahreszins auf Lebenszeit wieder zurückerhalten hat.

Überlingen, 1271. Oktober 15.

Universis ha[n]c paginam inspecturis Wernherus minister de Überlingen notitiam subscriptorum. Presentes noverint et futuri, quod cum devota mulier Hailwigis dicta Raemin civis in Überlingen duas areas vinearum, videlicet vineam, que vulgo dicitur der alte wingart, et aliam, que vulgo dicitur des Smides gut, et dimidiam domum, quam tunc inhabitabat, sitam in der Helle^a Adilhaidi abbatisse et conventui de Biunde liberaliter et devote pro suo et parentum suorum animarum salute et remedio contulisset libere ac quiete perpetuo possidenda, ipsa vero abbatissa ac conventus predicti fidem ac devotionem ipsius intuentes eidem Hailwigi predictas vineas et domum pro annuo censu videlicet IIII denariorum Constantiensis monete singulis annis in festo beati Galli persolvendis pro tempore vite sue concesserunt, ita tamen, quod nullus heredum ipsius vel quisquam hominum sibi in predictis succedat quoquo casu, sed monasterio iam dicto remaneant contradictione qualibet non obstante.

Acta sunt hec apud Überlingen, anno domini MCCLXXI., in vigilia beati Galli, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Burkardo dicto Winman et Cūrado dicto Strit. In cuius rei evidentiam presentem cedulam ad petitionem partium conscribi fecimus et sigillo nostro communiri.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Siegel des Ausstellers, rund, 42 mm, (II. B): Im Siegelfeld der Reichsadler. Umschrift: + *Sigillum*. WERNHERI . MINISTRI . DE . VBERLINGIN , vgl. die Abb. in Codex Salemitanus, Bd. 1, Tafel 8, Nr. 35.

^adas erste *e* ist unsicher, möglicherweise könnte es ein *a* sein.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

Signatur/Titel des Originals:

WoBai U 53

Überlieferung und Textkritik:

Original war ehemals in Baidnt.

Regesten:

Diözesanarchiv Schwaben, 1890, S. 79, Nr. 52.

Literatur:

Codex Salemitanus, Bd. 1, Tafel 8, Nr. 35 (Abb. Siegel).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Überlingen

Ortsindex:

Baidnt Wohnplatz (19193)

Baidnt, RV

Überlingen Wohnplatz (18447)

Überlingen, FN